

1513 ottobre 5, Verola Alghise.

Ser Domenico *qm* Giovannino Sacchetti si impegna con l'aromatario Eliseo *de Paterno* detto Ferrari di Cremona, a saldare in due tratte il debito di L. 145 imperiali contratto dal defunto fratello Giacomo (il medico Comino).

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 353, notaio Tonino Grena.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* T.C., 08.2008)

Creditum domini Elisei aromatarij de cremona cum ser dominico de sachett[is]

Die quinto mensis¹ octobris millesimo quingentesimo tertidecimo Indictione prima In domibus Infrascripti ser dominici de sachettis sita in terra Virolealgisij in burgo superiori presentibus Magistro Antonio de caballis Magistro Francisco et Bernardino fratribus filijs-quondam Magistri Iacobi de codognola omnibus habitatoribus dicte terre Virolealgisij testibus etc Asserentibus etc

IBi ser dominicus filius-quondam domini Iohanini de sachettis de Virolaalgisij ad presens habitator brixie conuenit et sole<m>pni stipulatione promisit et promittit dare soluere et numerare domino Eliseo de paterno dicto de ferarijs aromatario habitatori Cremone ibi presenti et stipulanti libras Centumquadragintaquinque Imperialium in terminis Infrascriptis videlicet medietatem ad festum natiuitatis domini nostri yesu xristi proxime futurum et aliam medietatem ad alium festum natiuitatis domini nostri yesu xristi subsequentem. et hoc pro rebus {aromatarijs}ⁱ datis per Ipsum dominum Eliseum² et eius fratrem³ Iacobo quondam fratri dicti ser dominici⁴ prout constat ex libris dicti domini Elisei⁵ {Quod debitum factum per dictum quondam Iacobum dictus quondam ser Iohaninus eius pater obligatus erat soluere {ipsi domino Eliseo}ⁱ prout constat ex quodam scripto manu mei notarii Infrascripti presentato per dictum dominum Eliseum⁶ ser dominico} et hoc sub pena omnium damnorum etc Obligando etc Constituendo etc Et renuntiando etc

De quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus sum ego Toninus de grena notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis /

¹ Segue «sep», cancellato.

² Segue «de», cancellato.

³ Segue «quondam», cancellato.

⁴ Segue «videlicet rebus aromatarijs», cancellato.

⁵ Segue un segno di inserzione: l'aggiunta è fatta, non nel margine come di consueto, ma nello spazio bianco lasciato tra la formula conclusiva e la sottoscrizione del notaio.

⁶ Segue «dicto», cancellato.